

satis arbitror quibus incommodis ac aerumnis affecta sit inelyta vestra Germania et nunc quoque misere officatur sub austriacae domus imperio ac dominatione; nam dum semper Italiae inhiat ac transalpini imperii cupiditate ardet miserandaque ambitione pro deserta ac contempta nobilem habuit Germaniam, ita malorum omnium lena Italia nihil non calamitatis ac incommodorum inelytae isti nationi ac patriae invexit hactenus; quae quoniam vobis notiora sunt quam aliis quibuslibet percensere hic non est animus; unum hoc dicam, illustrissimi principes, quod tacere non possum nec debeo sique vera sunt nec commentitia, qualia videlicet suae cupiditati ac improbitati praetexere hostes mei consueverunt, qui haberi quam esse veri-

191* dici malunt, aequa... expendere animum induxeritis facile intelligetis et ingenue (ut spero) fatebimini paci ac publicae quieti restituendaeque reipublicae christianae tot annos misere laboranti ac gementi hactenus me studuisse semper vanosque eos esse et aperte malos qui de me aliter vel sentiunt vel loquuntur; ni mirum culpam in me suam dolose transferentes eorum et illud notum ubique et nusquam non sparsum ac invulgatum incendium schismatum videlicet eorum quibus christianus orbis nunc turpiter discinditur itemque discordiarum ac seditionum sectarumque auctorem me esse ac adiutorem vana haec omnia et de me falso hactenus a quibusdam sparsa ac credita quae nec ideo apud vos anxie nec studiose deprecabor, conscientiae huius testimonio abunde contentus. Tantum hoc a vobis petam et contendam, vobis ut persuadeatis christianissimi nomen ac titulum quo more maiorum seu insigni sum armatus ab eius modi rebus semper abhorruisse ac nunc quoque non minus vehementer abhorrere, id quod cum aliis argumentis et rationibus tunc uno hoc facillime probari potest, quod inter populares et cives mihi subditos nihil tale inveniri potest, quale ab istis impudenter fingitur mihi obicitur. Quia apud nos omnia nec ulla gens est alia quae imperata alacrius faciat, quae laetius ac libentius principi pareat quam haec mea gallica gens ac patria. Haec omnia vera ut sunt a vobis exacte perpensa efficient spero ne sycophantis istis de me posthac credatis utque nomen meum sincerum vobis sit ac illibatum tutumque a petulantibus linguis ac conviciis hostium meorum quibus hoc unum fuit hucusque propositum sempiternam ignominiae notam mihi inurere apud vos, apud principes alios omnes, apud exterarum gentes etiam ac barbaras me

ipsum traducere; erit itaque et probitatis ac constantiae vestrae nihil tale de me maledicis credere meque ipsum ab eorum contumeliis mendacibusque sermonibus ac maledictis absentem defendere, quod ipse a vobis unumque item postulo et contendo, uti videlicet me rebusque meis perinde ac vestris, si quando ita opus vobis fuerit; posthac certamine experiemini profecto non minore vel alacritate animi vel propensione vobis affuturum me quam quemvis e christianis principibus alium: novit id Deus Optimus Maximus quem ut vobis omnia ad votum succedant oro.

Datum.

A dì 7. La mattina. La terra, heri, di peste tre, 193¹⁾ una caxa nova et do caxe vechie, et 16 de altro mal.

Noto. Quel garzon che fu preso a Padoa per la taia, qual lavorava de caleger, et per parte de Quarantia, per haver robato Lazaretto, dia esser apichato, et heri fo fato le foreche, questa matina davanti i proveditori sopra la sanità disse non haver tolto altro che fassine, et fo menato a vogar la barea, dicendo è *in sacris*, suplicando li sia dà 8 zorni de tempo da potersi aiutar, et cussi li proveditori ge concesse el ditto termine.

Vene in Collegio sier Antonio Surian dotor et cavalier, venuto orator de Fiorenza, vestito de damasco negro per la morte de sier Alvise Barozzi suo cognato, et riferite poco; fo remesso a referir in Pregadi.

Vene l' orator de Mantova, dicendo haver letere de suo fradello da Mantova, del suo zonger li, et parti a dì 29 April de Barzelona, et fin 6 over 8 zorni sarà de qui, come orator del marchese. *Item*, dimandò trata de orzi per el Signor, et li fo concesso di stara 150, el qual orzo core lire 8 el staro.

Vene sier Zuan da chà da Pexaro *dal caro* et offerse prestar ducati 150; el Serenissimo disse è poco a la facultà loro, et non volse acetarli.

Vene in Collegio sier Pandolfo Morexini consier, stato zorni . . . amalato, sichè el Cao di XL vice consier è ussito de l' oficio suo.

Vene l' orator de Franza, insieme con li do fioli del principe di Melfe, nominato l' uno Antonio et l' altro Ottaviano, el primo età de anni 12, el secondo de età de anni 11, li quali è alozati apresso esso orator; et sentati apresso el Serenis-

(1) La carta 192* è bianca